

Quid lapis
& cur ita
vocetur.

Tempus
ad perfici-
endum
lapidem.

Medicinæ est, alterum hujusce artis, nostræque quod aiunt farraginis. Admifcetur hydrargyro emundatæ ea primū portione ut hydrargyri quantitas decuplo fit maior, hinc centuplo & chiliade, deinde myriade, post infinito. Hæc autem fermentandi lapidis videlicet auri argentique immensa est multiplicatio: hujus quidem, cum in calcem albam & candidam, illius vero cum in rubram definit. Quo fit, ut lapis etiā vocetur. Calx enim nihil aliud, quam lapis coctus. Pulvis est ita subtilis, ut ne minimum quidem ventum ferat. Mirum autem quam sit penetrabilis. Sed hæc ipsa te docebit experientia melius. Desinam itaque si verbum addidero: tempus quo lapis vel arbore candoreq; vel rubore consummetur, definitum non esse. Hoc ut artificis ita & naturæ est opus. Cujus quam sit lentus, quamque parum maturatus progressus, nemo non videt. Interdum mensibus novem, duodecim, aut duo de viginti perficitur, sed perraro: interdum, quod solet, plus minus triennium cunctatur.

D E
I V R E A R T I S A L C H E
M I Æ, H O C E S T,

Variorum auctorum, & præsertim Jurisconsultorum,
iudicia & responsa ad quæstionem
quotidianam:

An Alchimia sit ars legitima.

Ex Sybilla.

Ἐννέα γράμματ' ἔχω τετρασύλλαβός εἰμι, νόει με
Αἰτρῆς αἰπεῶτα: δύο γράμματ' ἔχουσιν ἑκάστη,
Αἰλωπαὶ δὲ τὰ λοιπὰ, καὶ εἰσιν ἄφωρα τὰ πέντε,
Τῶ πάντος δ' ἀριθμῶ ἑκατοντάδες εἰσι δῖς, ὀκτώ
Καὶ τρεῖς τρεῖς δεκάδες σὺντ' ἑπτά γνῶς δὲ τίς εἰμι;
Οὐκ ἀμύητ' ἔση τῆς παρ' ἐμοὶ σοφίης.

Inter-